

W f
105



Q. H. 12

14

15

K.123



Q. K. 123, b.



Oboe Secondo

Allegro maestoso.

Handwritten musical score for Oboe Secondo, consisting of six staves of music. The notation includes various rhythmic values, dynamics (f, p), and articulation marks.

- Staff 1: Begins with a treble clef, a key signature of one sharp (F#), and a common time signature (C). The music starts with a forte (f) dynamic. It features a series of eighth and sixteenth notes, followed by a triplet of eighth notes. The staff ends with a repeat sign and a forte (f) dynamic.
- Staff 2: Continues the melodic line with a forte (f) dynamic. It includes a triplet of eighth notes and a half note. The staff ends with a repeat sign and a forte (f) dynamic.
- Staff 3: Features a melodic line with a forte (f) dynamic. It includes a half note and a quarter note. The staff ends with a repeat sign and a forte (f) dynamic.
- Staff 4: Continues the melodic line with a forte (f) dynamic. It includes a half note and a quarter note. The staff ends with a repeat sign and a forte (f) dynamic.
- Staff 5: Features a melodic line with a forte (f) dynamic. It includes a half note and a quarter note. The staff ends with a repeat sign and a forte (f) dynamic.
- Staff 6: Continues the melodic line with a forte (f) dynamic. It includes a half note and a quarter note. The staff ends with a repeat sign and a forte (f) dynamic.

41

15.

K.123.

Q.



Oboe Seconda.

2. 5.

ro molto. 12 1 *Tutti.*

3 *cresc.*

46. *Violan.* 20

18. 12

3 1 *Tutti.*



K
π,565

M. CHRISTIANI SCHLEGELII

De Numinis

ALTENBURGENSIBUS

Cruce manaque signatis

Ad

Virum Excellentissimum

WILHELMUM ERNESTUM
TENTZELIUM

Historicum Saxonicum

Famigeratissimum

EPISTOLA.

Basil.

πᾶν τὸ ἀρχαιότῃ διαφέρειν ἀιδέσιμον.

DRESDÆ,

Typis Joannis Friderici Schrötelij.

Anno clc lcc XCVI. 1696.

2.



M. CHRISTIANI SCHLEBELL
De Numeris
ALTERNATIVIS
Circulus numerus figuratus
WILHELMUM ERNESTUM

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)





ALio die, Augurum formula, Vir Excellentissime, hic exsolvitur, quod jam superiori anno a me Tibi fuit promissum. Nempe cum delicias nostras, Germanorum, inquam, quasdam perlustrarem nummorum reliquias, paucas certe, & quod nosti, per obscuras, in illis & occurrebāt subinde nummi cruce manuq; notati, de quibus & forte aliis, ut mentē meam Tibi clarius explicem, tu cupiebas, ego vero spondebam. Sed intercessere interea alia, quæ propositum hoc qualecunque sufflaminarunt. Quo ergo fidem liberem meam, accipe hic, quæ mens mihi de illis sedeat, in arena mutanda, si forte veriora erranti (nam quis in illa rerum caligine lynceum se præsumat?) docueris. Variæ vero a variis pro cuiusque captu illorum hæctenus quæsitæ fuerunt interpretationes, seorsim, & quoad fieri poterit, brevibus sub examen in præsens revocandæ. Levissima forte omnium est illa, quæ istos Comitibus adscribit Orlamundanis non tamen sine multorum approbatorum applausu. Fuit equidem Comitibus illis antiquissimo jam ævo nomen haud obscurum, & Ottonis II. ac III. temporibus percelebre (a) Marchionumque Thuringiæ titulo factum illustrius; familia tamen illorum superioris seculi

A 2

sub

(a) Ita Sagittarius Agnetem Friderici I. Comitis Palatini uxorem conjicit filiam fuisse Wilhelmi Comitis, qui Ottonis II. & III. ævo floruerit, & unde prodierint Comites Orlamundani. In Antiquit. Alstetens. §. 24. De Wilhelmo IV. Comite Orlamundano novimus, quod anno 1059 Hen-

Sub initium aut quinti decimi sub finem, quod notum, inter emortuas jam numerari cœpit. Sed satis constat, his ipsis Comitibus jus cudendi monetam vix competisse, imo dixerim Orlamundæ nunquam nummos fuisse conflatos. Accedit, quod insigne horum Comitum (est verò Leo niger gradians cum corona rubra, vel, ut Beyerus vult, aurea in area flava foliis ex rosis rubris conspersa) (b) plane nihil cum his nummulis habeat commune. Neque hanc originem firmare potest consuetudo illa, in aliquot circa Orlamundam pagis à longissimo usque tempore servata, & in hunc usque diem recepta, quâ, si rusticus à Magistratu loci sexagena veteri (Vlt Schock) mulctandus nummum talem mulctæ loco affert, rata satisfactio habetur, & planè plenèque soluta. (c) At à more hic usitato ad impressionis locum velle concludere, facile quivis perspicit,

Henrici III. Cæsaris Præfectus Provincialis (Randflegel) fuerit, & fratres ejus Udo vel Ulricus & Otto I. tunc temporis claruerint, hujusque filius Otto II. Comes Orlamundanus & Marchio Thuringiæ decimas de pecore & frumento solvendas Archiepiscopo Moguntino Sigfrido insigni & non refarciendo cum reliquorum Germaniæ Procerum damno concesserit. Rivander in Chron. Thuring. p. 167. Id verò quod Rixnerus de Hastiludiis f. 48. 49 de Friderico Comite Orlamundano memorat, illum ludis equestribus Magdeburgi Anno 968 interfuisse, illa adeo certa non sunt. Et eadem certitudine credo quoque Beyerum tradere, quod ex Friderico Comite Zorbeccensi Witkindi L. Sixonum Ducis nepote, Comites hi ipsi descendant. Geographo p. 250. Sed rectiora forte sciremus, si Spangenbergii opus, quod de his ipsis Comitibus scribere meditatus fuit, prodisset in lucem, vel ipso referente Spangenbergio in præfatione Chronici Querfurtensis.

(b) Testibus Petro Albino in Genealogia Saxonica p. 228. & in Chronico Misnensi p. 376, & 402. Beyero in Geographo Jenensi p. 281. Quamquam pro foliis corda substituatur Spangenbergius in Speculo Nobilit. Parte II. Lib. 2 c. 35. f. 321. b.

(c) Id compertum habeo ex relatione Scribæ Civitatis Orlamundensis.

cit, quam prona sit consequentia. Præterquam enim quod nos antiquarum consuetudinum origines multas hodie ignoremus, accedit, quod & alibi, ac ut mihi aliquando relatum fuit, Bambergæ mos obrineat adhuc in hodiernum diem, ut stato tempore census loco certum horum nummorum numerum solvere nonnulli teneantur. Altius itaque hanc rem, manusque cum primis signatæ inquisitionem, ad *Rudolphi* ætatem confugiunt, affirmantes, ab hoc ipso in memoriam perjurij, & ut subditos ab eo dehortaretur, fuisse cufos. In hac opinione fuisse videtur vir ob pietatem insignem hodie non minus quam olim celeberrimus *Johannes Matthæsius*, ita de iis (verba ipsius afferam) differens; (d) Ich muß hie auch unserer Vorfahren gute alte Händels-Heller umbs Geprägs willen erwehnen / damit man hat die Unterthanen ihres Eides und Handschlags ohne Zweifel erinnern wollen / die sie ihrer Obrigkeit zu leisten schuldig seyn. Und wer weiß ob sie nicht der gute Käyser Rudolff hat schlagen lassen / den die Clerisey verhehete / daß er sich wieder seinen ordentlichen Käyser einließ / darüber ihm seine Hand bey Merseburg im Kriege abgeschlagen ward / wie er denn seine Hand seinen geistlichen Rächen die im Regiment nicht viel gutes ausgerichtet haben / mit betrübtten Herzen zeigte. Warlich die Händels Heller waren gut an Schrot / Korn und Schlag / aber man schlägt ihr ißo leidet wenig / die recht Schrot und Korn führen. Dieser alter ehgegestern erwehne ich umb der Arabischen Münzen willen / darumb Jacob sey re. Quem sequitur, nisi exscribat, industrius superioris seculi Historicus *Cyriacus Spangenbergicus* ita inquit: (e) Daß man

(d) In sua Sarepta, p. m. 164 b.

(e) In tractatu de usu & abusu monetæ qui liber est additus M. Tilemanni Frisij Consulis Göttingensis rei monetariæ speculo p. 218. edit. Francof. ad Mœnum Anno 1592. Confer ejus Chron. Mansfeldense, cap. 202.

man auff etlichen Münken offene auffgerichtete Hände gepräget/
wie man noch auff den Händlings-Hellern siehet / (welche et
wann auch besser gewesen / als igo) ist von den Vorfahren guter
Meinung geschehen / damit die Unterthanen ihres geleisteten
Eydcs und gethaner Pflicht und Handschlags gegen ihrer
Obrigkeit zu erinnern / und könnte wohl kommen / daß Kayser
Heinrich der IV. sie hätte nach der Zeit schlagen lassen / als er den
wieder ihn auffgeworffenen aber König Rudolph Anno 1080.
bey Merseburg erlegt hatte / männiglich zu erinnern / gegebne
Treue und geleistet Eide besser zu bedencen / den gedachter Ru-
dolph gethan / welchem die rechte Hand in der Schlacht abge-
hauen worden / die er (als seines Lebens nicht mehr seyn wollen)
denen Fürsten und Bischoffen / so ihn wieder Kayser Heinrich
verhehet / mit weinenden Augen und beschwerten Gewissen ge-
zeigt / und gesagt : Wolan ihr Herren / da sehet die seine Hand /
damit ihr meinem Herrn Kayser Treu und Glauben zugesagt
und geschworen / aber auff euer und des Bischoffs Getrieb übel
gehalten / nun fahre ich dahin / sehet ihr zu / wie wohl ihr mir ge-
rathen / und bedencet euer Eyd und Pflicht besser. Hæc opti-
me sese haberent omnia, si, ut suaviter sonant, etiam fide-
niterentur historica (f) *Rudolphus* aut *Henricus IV.* illos
percutisset? refragatur primus illorum omnium, qui
equidem in manus meas venerunt, adspectus curatior, in
illa tempora illos, quippe solidos ac ab utraque parte im-
pressos, haud rejiciens. Repugnat temporis, quo post in-
flictum vulnus Rudolphus in terris superfuit, brevitatis.
Henricus ne? ubi? quando? suo saltim tempore? unde
tanta hodiernum illorum in Misnia & (g) Thuringia fre-
quentia? Quamvis itaq; non negem, manum, præsertim di-
gitis

(f) Plura quidem, si placet, legas in Historia de vita Henrici IV. Conra-
do Urspergenfi & Helmoldi Chronico Slavorum lib. I. c. 29. sed de
nummis idpropter causas nihil repereris.

(g) De quo infra plura.

gitis in eum modum conformatis, quo solet fieri, dum Sacramento rogati in alicujus verba jurant, fidem & obsequium, quo subditi adstringuntur suo Magistratui præstandum denotare, quale quid in templo *Fuldensi* ac *Hirsfeldensi* observare licet; (h) at quod hoc loco præcise id significet, præsertim cum manus hanc figuram non habeat, specialius illis fuisset probandum, & ostendendum a quonam Imperatore, Episcopo, Abbate, aut urbe hoc fuisset factum. Deprehendimus præterea manum in aliis signis non unis, ut adeo dubium modo magis reddatur, cuinam illorum certo sint attribuendi. Occurrit siquidem *Murbacensis* Abbatis *δευμα* manum pariter, ut ex addita unius saltem ejusdem Numismatis iconen numero 1. liquet, præferens.

Sed cum manus jurantis sit potius, & illius nummorum copia in nostris terris non conjicienda, disquisitionem hæc opinio vix merebitur ulteriorem. Jungo huic Urbes, *Mundelheimium* nempe, cui manus quidem insignis loco est, ut ex addito schemate clarescit, sed quod jure monetandi vix gaudeat, atque a nostris terris absit longius, (taceo alia) pluribus illam non morabor; & florentissimam dehinc Imperii Civitatem *Augustam Vindelicorum*, quæ similiter & manum ejusmodi & crucem ostentat in diversis ab ipsa nummis excusis, ut ex adjectis a numero 2. ad 8. patet iconibus, ita tamen, ut addita simul sint consueta urbis insignia, ~~glans~~ scilicet *capanea*, quæ alias vel sola, vel cum cruce, vel cum A, vel duplici Aquila, vel cum Imperatoris effigie conspicitur, ut adeo conjecturæ ad nostros locus vix relinquatur. Quam manum vero non alium ob finem
addi-

(h) In templo siquidem *Fuldensi* quatuor manus ex ære fusæ in medio pavimento, in *Hirsfeldensi* vero Basilica una saltem manus jurantis gestu in ejus fastigio conspicitur, attestante hoc, sicque explicante illas *Christophoro Browero* in suis *Antiquitatibus Fuldensibus* p. 173.

additam reor, quam ad refricandam homagij memoriam, sive à civibus Magistratui, sive à Magistratu Cæsari præstiti, quale quid etiam in modernis & nuper modo ab Amplissimo Dresdensi Senatu in *ἱερουργίαν* juris jurandi Potentissimo Electori Friderico Augusto, Patri patriæ exoptatissimo jurati, cufis, observare licet. (i)

Alii ad *Halam* Suevorum urbem confugiunt, huicque illos assignantes reperisse se putant, non quod pueri in taba. Equidem urbis illius insignia ex asse cum nostris figuris convenientia, testibus minoribus majoribusq; nummis, quos addi curavi numero 9. 10. 11. facile momentum conjecturæ possunt addere. (k)

Imo sunt adhuc plura, quæ facile animum inducere queant, ut Halæ illos adscribas. Præterquam enim quod illa jam diu, urbs utpote Imperialis, gavisa fuerit jure cudendi monetam, quod totidem verbis confirmat *Crusius*:
(1) Licet Halensibus cudere monetam argenteam & auream: in qua est manus & crux in aquila, quibus significantur tres personæ Sacrosanctæ Triadis; Et ex ejus relatione constat pariter, Anno jam 1496. certæ monetæ genus ab Halensibus cufum, ind. tum fuisse lapidi angulari primum loco fundamenti collocato in exstructione novi chori templi

(i) cujus figura numero 9. exhibebitur.

(k) Ectypa illa cum præcedentibus ex parte debeo Adami Bergij Typographi Monachiensis collectioni nummorum omnium Regum ac Principum Europæ, quæ 1597. Monachij prodiit in fol. ex parte libello, qui Mandata Cæsarea continet de cudenda proba moneta, in forma quarta impresso Augustæ Vindellicorum Anno 1596. itemque alij, qui Anno 1573. Lipsiæ per Wolfgangum Sturmerum prodiit forma eadem, reliqui omnes ex meis sunt.

(1) *Annalium Suevorum* 2. 7. 5. De explicatione insignium hic nihil attinet monere, quippe quæ satis videtur absfona. Videant de ea alij.

pli Michaelitani(m); notum insuper jam diu fuit hoc ipsum Hallensium nummolorum genus, quod & nostris *Hallerorum* dedisse nomen, antea nobis incognitum, plures sunt, qui statuunt. Sententiam certe hanc ce tuentur vir Rerum Germanicarum, si quisquam, gnarissimus *Marquardus Freherus*, ita pronuncians: *Hallenses, minutissimæ monetae usualis genus, apud Halam Sueviæ primo signatum. Olim & nunc in usu Libræ Hallenses; (n) Et Paulus Hachenbergius: Hallenses ab Hala Suevorum oppido nomen hausere, tanto olim in usu, ut omnis fere pecunia inde appellationem traheret. Vulgo enim ante unum aut alterum seculum audias libras Hallenses (Pfundheller) quibus omnes contractus rerumque pretia expediuntur. Et cum in iis falso legant vocem FRANCIE, ad urbem hanc plane non quadrantem, putant, forte additam fuisse in indicinam, quod jus cudendi monetam ab Episcopo Wurzburgensi, quippe cui Ducis Franconiæ titulus olim hodieque est proprius, (o) habuerint concessum. Si enim antiquiora, dicunt, spectentur*

(m) Ibidem 2. 10. 14.

(n) In tractatu suo de re monetaria Germanorum aliorumque populorum. Sed rectius dixisset Hallerorum, quorum libra ex Goldasti computo decem bernas, sicuti libra Pantingorum (*Pfenninge*) viginti continet. Sunt quoque, qui illos aliorum derivare malint, inter quos est *Tilemannus Frisius* in speculo rei monetariæ ita minus recte conjiciens: *Das allergeringste Geld ist der Heller/derer zwey auff einen Pfenning gehen / daher auch der Name ein Heller / gleich als ein halber / wie er dann an vielen Orthen ein Helbling / auff Sächsisch aber ein Scharff genennet wird etc.* Et *Goldastus Rerum Alemannicarum Tom. I. part. 2. p. 294.* *Haller* nobis ut & *Slavis Halirz* dicitur quasi halber id est semis *ἡμιβόλιον*, qui *Hépidano* (de vita *S. Wiboradis* lib. 1. c. 13.) hemisecla, dimidium secler sive sicel, quod est quarta pars.

(o) Nam *Pipinus* ejusque filius *Carolus* consertiente *Papa Zacharia* incorporarunt huic Episcopatu (*Bruschio* testante) Ducatum orientalis

B

Fran-

Etentur tempora, deprehendi, Episcopo Wurtzburgensi jus quaecumque omnino in illam fuisse. Siquidem cum vetus in monte ad Halam castellum (quod nobilibus de Hall, qui id Rotenburgensium ad Tubarim Comitum concessu possederant, extinctis, cum cæteris eorum bonis ad Chomburgenses, ut feudi dominos, venerat,) Anno 1156. in manus civium traderetur, illis Abbati Chomburgensi & conventui alium locum pro eo concedentibus, & in monte isto monasterium & templum S. Michaëli sacrum, ut esset Parochialis Ecclesia, exstruentibus, id *Gebhardum Wurtzburgensem* Episcopum, *Albertum* IV. Abbatē Chomburgensem & Ducem *Fridericum* approbasse; & postea, ut major esset frequentatio novi illius templi, nundinas Halæ circa festum Michaëlis celebrandas pariter ipsis concessisse *Gebhardum*, *Friderico I. Imperatore* hoc institutum probante. (p) Sed quis non videt, quam infirma hæc sit subsumtio? licetque concedatur olim fuisse Dominum, id propterea statim titulus ejus in moneta ipsorum erat apponendus? atque mutilatus? cum ex his verbis falso lectis aliud omne potius sequatur. Non tangam, quod illo tempore, quo nummi hi fuere conflati, prorsus non amplius ipsius fuerit

feudum Franciæ. Hinc Episcopus Herbipolensis ad aram stans & sub infula & aliis Pontificalibus sacra faciens semper nudum gladium ad eandem aram juxta se positum habet, quo Ostro-Franciæ Ducatus ac plenum jus vitæ ac necis innuitur. Exinde & sigillo ejus insculptum: Herbipolis sola judicat ense stola. *Crusius* 1. 11. 5.

(p) *Crusius* *Annal. Sæv.* 2. 10. 14. qui diploma Gebhardi ibidem quoque affert. Hoc tamen simul patet ex eo, Senatus & D. cæsterii insignia antea distincta circa 1340. composita inter Senatum & populum per *Ludovici* IV. Cæsaris legatos controversia, rursus coaluisse. *Crusius* 3. 4. 12. & 3. 9. 5. Et cum 1494. Hallenses monetam suam immutassent, ac illi nummi, qui diu postea recepti, fuissent cusi, dieque S. Thomæ divulgati, incola quidam Hallensis novam de hac moneta cantilenam composuit qua insignia Hallensia pro capta suo interpretatus est, *Crusius* 3. 95.

feudum, sed diu jam civitas imperialis, ætate quippe nummorum in seculum decimum quintum circiter incidente; de quo infra. Præferunt præterea manum crucemque simul una in facie; in quo sine dubio & cum veteribus conveniunt, a nostris vero hoc ipso differunt, quorum productionem alii antiquitatis patriæ indagatori relinquam. Neque sic demum satis errorum. Nam cum crux in illis conspiciatur, eadem decepti, illos ab ipso Episcopo *Wurzburgensi* signatos malunt. Fundamentum, quo nituntur, est hoc, quod ejusmodi monetæ genus cum cruce a *Meinhardo*, *Wurzburgensi* Episcopo, primum fuerit cussum, eodem postea quoque cum nostris insignitum nomine. Atque hoc affirmantes habent *Gudenium* ac *Frisium*, quorum ille sic: Anno 1022. hat Bischoff Meinhard zu Würzburg am ersten die Kreuz-Pfenninge als seine erste Münze schlagen lassen. (q) Hic vero: In dieser Zeit (seculo nempe undecimo) ist vom Käyser Heinrich dem andern Bischoff Meinharden zu Würzburg die Münz-Berechtigkeit gegeben worden / und sonst Veränderung in den Pfennigen geschehen / daß dieselben so dünne nicht mehr / sondern etwas kleiner und dicker an etlichen Orthen das A B C. geschlagen worden. (r) Et crederem, hos *Wurzburgenses* eos fortasse esse, qui dicti olim fuere *Druipedes* s. *Druidarum pedes*, (*Druden-Füsse*) quosque *Berneggerus* à *Druidibus*, *Gallorum* primum *Sacerdotibus*, à *Cæsare Tiberio* vero *Gallia* ejectis (s) ac *Germaniam* ingressis, conflatos non satis recte conicit, (t) nisi *Crusius*, ex *Aventino* testetur (u) *Druipedes* nominari *πεντάγωνον ὑπόδημα*, (quinque angulorum calceamentum

B 2

(q) In *Chronico Meinungeni* p. 133.

(r) In *Speculo rei monetariæ* p. 111.

(s) Plura de his *Puffendorffius* tradit in *eleganti de Druidibus disputatione*.

(t) In *Notis Miscellaneis ad Tacitum* quæst. 11.

(u) *Crusius* in *Annalibus*. I. I. 1.

mentum (sünffzecketer Holzschuch) & ipse *Gudenius* moneat, talis fuisse figuræ, quæ Meinungæ in templo sub fornice lapidi incisa viseretur, a me sub numero 12. communicata, alia plane ab illa, quæ in nostris reperitur. Et si illum con-fero, quem *Adamus Bergius* talis formæ, a me sub numero 13. adjectæ, in collectione sua suppeditat (ipsum *Meinhardus Dominus* lego) *Würzburgensi* itidem *Episcopo* ad-scriptum, multum quoq; à nostris abire deprehendo. Ut ta-ceam, neque manus in iis reperiri vestigium, neque obste-tricare illi sententiæ *FRANCIE* vocem, quam in illis, at fal-so, ut mox docebo, volunt legi. Visis nunc ergo ac rejectis aliorum sententiis, restat, ut ego quoque dicam, quod sen-tio. Duplicis vero generis illos reputo; alios cum literis *FRANCF* vel *FRANCOF*, ut ocularis contestatur ad pe-ctus; alios vero cum manu, in qua rosa; & cruce, vel sola, vel imposito eidem leone reperiri. De prioris generis nummis nullum plane mihi est dubium, quin *Francofurto*, liberæ Imperii & nundinis longe inclytæ urbi, recte tri-buantur, cui quippe crucis non solum usus in insignibus est, ut ex aliis ejus numismatibus hic sub numero 14. usque 17. additis, *Spenero* etiam, aliisque artis *Heraldicæ* *Scripto-ribus* clarum, sed & jus cudendi monetam, longo abhinc tempore eadem habuit. Ac ne id dixisse saltim videar, afferam testem satis idoneum ac locupletem *Johannem Latomum*, Decanum ad *S. Bartholomæi* (x) *Francofur-tensem*, conceptis verbis affirmantem, *Ludovicum IV. Im-peratorem Anno 1340. novos Halleros Francofurtenses cum imagine crucis & geminæ aquilæ cudi jussisse; Et Anno 1346. mense Novembri eundem Imperatorem permisisse Francofur-tenfibus,*

(x) In libro, cui titulus: Acta aliquot vetustiora ab ætate *Pipini parvi* *Francorum Regis* usque ad tumultum rusticum anno 1515. quem po-tea exscripsit *Gerhardus Florianus* in *Chronico Francofurtensi*, p. 242.

rensibus, ut minutam fieri faciant monetam in suos ac vicinorum usus. Quod privilegium postea ex insigni erga illam Urbem gratia, ubi ad summam illam in terris dignitatem fuerant electi, Potentissimi Successores Germaniæ Reges ac Imperatores clementissime extenderunt. Sic enim Sigismundus Francofurtensibus Consulibus, Scabinis & Senatui Anno 1428. concessit monetam conflare argenteam, verba Germanica sonant ita: Daß sie mögen schlagen und machen lassen silberne Münze auff solche Tornese/ Englische und Heller / als isund bey ihnen gang und genehme seyn / oder andere silberne und kleine Münz/ als sie denn je zu zeiten geduncket/ daß Uns und dem Reich ehrlich / ihnen und der Stadt Franckfurth und darumb/ und den gemeinen Kauffleuthen nützlich und bequem seyn mögen / von allen männiglich ungehindert. (y) Annoque sequenti 1429. idem Imperator addidit de moneta cudenda aurea privilegium, cujus hæc verba: daß sie und ihre Nachkömnen von des Reichs wegen sollen und mögen Münzmeister/ Münzen/ Wartinier/ Eisengraber und andere / der dazu noch ist / auffnehmen / setzen und bestellen / und solche Münze münzen / machen / schlagen / mit Rahmen auff 19. grad feines Goldes Franckfurter Gewichts / oder wie sie von uns und unsern Nachkömnen an dem Reiche unterschieden werden (z) Indulsi hoc & ipsis Carolus V. Anno 1555. speciali privilegio, quod habet ita: daß sie sollen allerley Arten von gulden oder silbern Münz mit und neben andern Churfürsten / Fürsten / Städten und Ständen / so mit Münz Freyheiten versehen seyn / und zu münzen haben / durch einen erbaren / verständigen und auffrichtigen

(y) Datae sunt literæ Taubenburgi: Geben in der Heer auff dem Schloß Taubenburg in der Gorftey am nechsten Sontag nach C nate. Affert has literas Limnæus Lib 7. cap. 16. num. 34.

(z) Vide illud apud Limnæum loc. cir. c. 16. n. 35.

tigen Münzmeister münzen und schlagen lassen. (a) Quid præ-
 terea clarius natales illorum posset designare, quam hæ
 ipsæ literæ : FRANCF aut FRANCOF, quas non solum
 adductū monasticum Germanicas, sed etiam latinas in ijs
 offendi, ita tamen ut illi cum latinis literis videantur re-
 centiores, cum Germanicis antiquiores, cum nullis, mea
 quidem sententia, antiquissimi. Hinc supra jam laudatus
 Bergius & illum quoque absque literis, quem numero 14.
 signari feci, ad Francofurtenses in sua collectione Numi-
 smatum retulit. Manu simul addita quid tandem volue-
 rint, conjectura vix consequi licebit certiori, nisi hoc ad
 renovandam semper civibus suis memoriam homagij,
 quod sæpius præsentibus præstiterunt Imperatoribus,
 fuisse factum. (b) Mitto nunc Francofurtenses & ad suos
 ablego; nunc ad alterius generis, qui ad nos propius spe-
 ctant, tandem deveniens. Hos, ut *Altenburgo*, veteri satis
 ac per celebri Osterlandiæ oppido, assignem, causas habeo
 non unas, quas summatim primo dicam, fusius dehinc ex-
 plicandas. Adest etenim *manus*, Altenburgensium jam du-
 dum *δαγμα*; occurrit manui impressa *rosa*, Burggraviorum
 veterum Altenburgensium signum; adstat *Leo* cruci su-
 perim-

(a) Integrum privilegium habet *Limnæus Lib. 7. c. 16. n. 32.* Datum Bru-
 xellis d. 19. Nov. Peculiarem monetam Anno 1562. Maximiliano II.
 in Regem electo, a Francofurtensibus fuisse signatam, testis est Joh.
 Jacob. Luckius in *Sylloge Numismatum* p. 201. Memoriam facti etiam
 per suos Halleros maxime extare voluerunt Francofurtenses, referente
 Floriano in *Chronico Francofurtensi* p. 102. de ijs, quod Anno 1543.
 Lapis fundamentalis cujusdam concavo medio vitrum vini plenum,
 antiquum Turonensem (*Cin alt Turnes*) & Hallerum Francofurtensem
 indiderint.

(b) Sic Gunthero & Carolo IV. anno 1348 Senatus Francofurtensis præ-
 stiterunt homagium, attestante Alberto Argentinensi p. 149. 151. Taceo
 recentiora tempora.

perimpositus in quibusdam, Misnensium Marchionum
 symbolum, illius urbis / in signi pariter illatus, nihilque cum
 Francofurto (si forte ad illos velles relatos) habens com-
 mune; urget ad hoc credendum eorum *in terra Misnensi*
ac Thuringiaca hic illicve ex ea erutorum *copia*. Quod ad
 primum pertinet, adeo est notum *Altenburgum* manum
 amputatam in insigni præse ferre (eo modo, quo numero
 16. id indicavi) ut pluribus probare id super sedeam, cum
 publica ædificia, sigilla, armaria, topographiæ, imo num-
 muli, quibus ab illo superiore tempore manus ad discer-
 nendum ipsorum valorem ab aliis fuit iconio impressa, pro
 me satis loquantur. (c) Sed a quo & quando hoc accepe-
 rit

(e) Juxta artem Heraldicam rosa Altenburgo est rubra flavis seminibus in
 area cœrulea, (cum Burggraviorum rosa in alba fuerit) & manus am-
 putata vivido colore tincta, insignis loco; adest & Burgum turri
 conspicuum, & Leo in flava area sub porta. Explicatum ivit id ipsum non
 ineleganti epigrammate M. Michaël Crellius Ecclesiastes Altenburgen-
 sis, quod cum ejus explicationem quodammodo ^{ut dixi} contineat, illud afferam:

Claruit a longis Urbs Altenburgia seclis

Elogiisque suis, deliciisque suis.

Elogiis: FIDEI in Dominos intelligo laudem,

Hanc ut in Insigni DEXTRA resecta notat.

Deliciis: largum proventum intelligo frugum,

Fœcundas potuit queis superare ROSAS.

Claret adhuc præsentis Urbs Altenburgia seculo

Elogiisque suis, deliciisque suis.

Elogiis: Patrios multi amisere dynastas:

Urbs fovet at patrios hæc tetinetque Duces.

Delicijs: cernas vastari ense oppida & igni

Ceu Rosa præ multis Urbibus hæcce viget.

Clarebit seclis Urbs Altenburga futuris,

Atque Deo atque Ducis fit modo fida suo.

Fida Deo fuerit prisorum imitamine morum,

Fida Duci: ore colens obsequijsque Ducem.

Clareat ad seros Urbs Altenburga Nepotes

Elogijsque suis, delicijsque suis.

rit infigne, hoc forte difficilioris erit disquisitionis. Tritæ equidem sunt ac pervulgatæ *Alberti* (d) *Cæsaris* technæ, haut tanto capiti dignæ, quibus mortem, cum aperto Marte non posset, *Friderico* admorso, fortissimi pectoris heroi, intendit. (e) Subornaverat nempe dolo turpissimo sicarium, qui ipsum *Altenburgum* honorifice invitatum, de hinc mensæ secum assidentem nihilque mali suspicantem clanculum telo aggrediretur. Hoc nefandum scelus tentaturum conspicit *Civis Altenburgensis* (f) ictumque infruniti hominis cum vitæ discrimine manusq; amissione (g) (juxta alios

(d) Sequor eos, qui hoc tribuunt *Alberto*, quod factum a *Garzone* *Bononiensi*, p. 401. *E. tit. Brotuff. Germanicæ. Mollero* l. cit. *Dressero*, *Peckensteinio*, *Zeilero* in *Topographia Misniæ* p. 22, & alijs. *Fabricius* vero & alij *Adolfo* id adscribunt.

(e) De bello illo inter *Adolphum* & postea *Albertum*, *Cæsares*, & *Fridericum* *Admorsum* consule *Chronicon Colmaricnsē* ad annum 1294. & 1295. *Albertum Argentinensem* p. 109. 1. 2. *Siffridum Presbyterum* in *Chronico* ad annum 1275. & 1295. *Levoldum* a *Northoff* in *Chronico Marckano* ad annum 1293. *Autorem* de *Landgraviis Thuringiæ* a. 1278. & 1281. *Paulum Langium* in *Chronico Citizenſi* ad annum 1294. *Fabricium Origin. Saxon.* l. 6. *Albinum* in *Chronico Misnensi* tit. 20. p. 256. *Dresserum Millen.* 6. parte 2. p. 416. Et imprimis *Johannem Garzonem Bononiensem* in libello singulari de gestis *Friderici & Dzmanni*, quem postea germanica civitate donarunt *Ernestus Brotuffus* & *Henricus a Lindenau*, nec non *Casparis Peuceri* orationem in *Declamationibus Melanchthonis* Tom. II. p. 745.

(f) Ita vult *Dresserus* parte 5. *Isagoges* in descriptione *Altenburgi*. *Peckensteinus* *Theatro Saxonico* p. 922. sub *Altenburgo*. *Zeilerus* in *Topographia Mitniæ* p. 22.

(g) Sic *Peckensteinus* expresse *Theatro Saxon.* sub *Altenburgo*, & *Garzo* cum *Dressero* locis citatis testantur, unius ex satellitibus *Fridericum* comitantibus manum graviter fuisse vulneratam atque transfossam, quos sequitur *Zeilerus* & alij. Non tamen sum nescius, *Fribergensi* civi a quampluribus id facinus tribui, inter quos sunt *Fabricius* in originibus

alios læsione) excipit, succurrunt Marchionis satellites, opem ferunt, scelus detegitur, mutatisque vestibibus fuga elabitur *ὡς ἀπὸ μηχανῆς* morte tamen sui civis simul defensus Marchio. Atq; in singularis hujus subditi Principi suo præstitæ fidei indicinam Fridericum Marchionem toti urbi in laudem nunquam intermorituram dedisse hæcce insignia. Insigni quamvis specie non careat hæcce relatio, industrius tamen, & si quisquam certe ille patriæ historiæ non minus quam Saxonicæ dum viveret callentissimus *M. Paulus Martinus Sagittarius* primordia illius insignis in *Margaretham, Ernesti ferrei Archiducis Austriae filiæ & Friderici Placidi Electoris Saxoniae Conjugem*, singulariter in oppidum clementem ac munificam, documentis publicis edoctus vult collocata. (h) Certe, si impressionem illorum nempe ab utraque parte curatius pensitamus, in alia quoque vix illi incidere poterunt tempora, cum ante *Friderici Placidi* ævum minores nummi bracteati adhuc fuerint cusi, grossis jam paulo ante in usum receptis & ad imitationem Bohemicorum a Marchionibus conflatis, de quibus alibi fusius. Quo ipso tamen hoc non volo, quod Altenburgum non prius nobis dederit nummos, cum facile concedam, non solum tunc dum libera Imperij urbs audit, sed & ubi jam in Marchionum pervenerat manus, quod *Alberti* degeneris & maxime *Friderici* admorsis, jure belli sibi illam vindicantis, temporibus factum, (i) sæcun-

C

dam

nibus lib. 6. Peucerus in Chronico Carionis lib. 5. Pantaleon in Prosopographia, Brunnus in Triade Electorali p. 217 Buntingius in Chronico Brunsvicensi lib. 2. Peckensteinus in familia Wirkindea, Mollerus in Chronico Freibergensi Annal. p. 47. Bocerus & alij.

(h) Vide ejus programma Anno 1677, editum de simulatione & dissimulatione.

(i) Circa 1308. ut vult Peckensteinus, quam civitatem postea Ludovicus IV. Bavarus anno 1316. Marchionibus confirmavit eodem teste.

dam nummorum extitisse matrem. Sic enim, referente laudato Sagittario (k) *Denariorum Solidorumque Altenburgensium* clara fit mentio in Diplomate *Henrici Illustris* Oppido illi Anno 1256. d. 3. Dec. dato & a *Friderico Strenuo* & *Balthasare Rochlitzij* Anno 1356. die Mercurij post Jacobi verbis iisdem repetito. Ubi tamen simul hoc vult observatum de illorum pretio, versionem diplomatis *Friderici* & *Balthasaris* Germanicam, literasque *Ernesti* & *Alberti* Lipsiæ die Veneris post Michaëlis festum Anno 1470. exaratas *Denarium* & *Solidum* voce *Psennig* exprimere & novendecim Solidos (*Psennige*) Marcæ valore respondere. Ex quo hoc simul elicitur facile, illam aliam omnem a nostris nummis fuisse monetam ac imprimis quantitate majorem, quamvis Penningorum voce pariter veniant, vocabulo utpote illa temporum tempestate communi, & omni monetæ speciei fere competente; marcis argenti insuper ab hodiernis tunc multum discrepantibus. De quo omni tamen nos rectius ipsi possent instruere nummi, nisi hactenus cum aliis omnem curiosorum effugissent conspectum. Pedem nunc ad secundum profero *ροσίνιον, rosam* scilicet nummis impressam. Dicis: ornatus gratia forte fuisse additam, quemadmodum illa sæpius in aliis minutis nummis & grossis etiam initio vel fini literarum adhæret. Sed cur in manu, & non extra illam ut in aliis? quæ ornatus ratio in manu? cur tantum in ijs, qui multum & materia & forma a Franckofurtensibus discrepant? cur Rosam iis, qui in altera facie Leonem quoque sistunt. Nempe, si me non fallunt omnia, *Altenburgum*, Rosam jam in signum, aliarum urbium exemplo, a Dominis suis, Burggraviis scilicet, acceperat (l) qua hodie-

(k) Programmare I. de Nummis Saxonis Anno 1679. Altenb. excus.

(l) Ita Penicum, quod olim etiam Burggraviorum Altenburgensium fuit oppi-

hodiernum etiam manui juncta utitur. Atque cum Burggravorum hic a me mentio injecta, nuperque mihi licuerit esse tam felici ex Msto quodam membranaceo, ab amico quodam communicato, nomina quorundam exculpere, non possum non, ne illorum plane intercidat memoria, alias, vel ipso testante Albino, fere oblitterata, illa ad-jicere. Incunabula hujus Burggraviatus ad *Henrici Aucupi* singulari cura Germaniæ de securitate prospicientis, æv ù referrem. (m) Cui vero primum ab Imperatore præfectura fuerit collata, mihi diplomatibus & sufficientibus ad hoc indagandum requisitis destituito in tanta rerum caligine vix in lucem protrahere licebit, præsertim cum denuo spes de *pleniori Historia Altenburgensi* atque *totius simul veteris Osterlandiæ statu* morte supra laudati Domini Sagittarij

C 2

inter-

oppidum, rosa pariter utitur pro symbolo. Vide Albini Genealogiam Comitum Leisnicensium p. m. 51. Observamus hoc quoque in Freiberga & nostra Dresda, quæ similiter Marchionum Misnensium gaudent insignibus. An vero Burggravijs hoc insigne fuerit gentilitium, an vero ab Henrico Aucupe in singulare hujus dignitatis signum ijs datum, nemo facile docebit, quanquam posterius videatur probabilius. Alij quidem Altenburgum ab Alberto de genere Rosam accepisse malunt in memoriam aboliti Burggraviatus, cum quibus tamen facere possum neutiquam.

(m) Siquidem Misnensis Burggraviatus pariter ab eo conditus, teste Dithmaro & alijs. Facit etiam Dresserus (loc. cit.) mentionem Burggraviij Altenburgensis Ulrici, qui prælio ad Merseburgum, Henrico aucupe cum Hunnis confligente, interfuerit. Sub Henrico hoc Aucupe liberam quoque ac Imperialem factam fuisse urbem, & quidem circa annum 922. communiter volunt, quod a vero omnino non absimile. Affirmantes hoc vide apud Peckensteinium. Quamvis Burgum illud sive atx in monte urbi imminens longe possit esse antiquior, quam postea & in insignibus retinuerunt. Spalatinus & Erasmus Stella ejus antiquitatem in seculum sextum a Christo nato rejiciunt; de quo tamen non immerito adhuc dubites,

interciderit. An præterea dignitas illa uni semper adhæserit familiæ, an vero una de mortua in aliam diffusa fuerit, ipse ambigit Albinus, & saltim anno 1289. Præfecturam illam (Burgampt) *Dieterico*, nobilis titulo mactato, in feudum a *Rudolpho Cæsare* fuisse concessam scribit, conjicitq; illos, præcipue posteriores, ex *Leisnicensibus Comitibus* fuisse oriundos, bonaque sua ac fundos circa Penicum citra Muldam, ipsumque illud oppidum possedisse. (n) Deprehendi vero, ut supra indicavi, in laudatis diplomatibus (o) ex illis Anno 1220. 1240. 1266. 1283. *Albertum*, Præfectum de Altenburg & Judicem terræ Plisnensis, itē Burggraviū de Altenburg quandoque se etiam vocantem; *Henricum* Præfectum in Altenburg Anno 1277. 1283. 1285. 1288. 1289. Ejusque *Fratres*, *Henricum* Burggravium in Altenburg & Dominum in Cinneberg, & *Theodericum*, Burggravium juniorem in Altenburg 1295. ; horumque *patrum Theodericum*, Burggravium de Altenburg, Anno 1280. 1282. 1285. 1289. 1290. 1293. 1294. 1296. *Theodericum* patrum, Burggravium de Altenburg & *Henricum* filium fratris 1292. *Theodericum* & *Henricum* Dominos in Cinneberg, Burggravios in Altenburg Anno 1288. *Theodericum* Burggravium cum filiis *Theoderico* seniori, *Alberto*, *Henrico*, *Henrico*, *Theoderico* juniore 1295. ; *Theodericum* & *Theodericum*, Anno 1296. *Albertum* Burggravium, *Theoderici* filium, Anno 1306. 1327.

Ex Albino vero constat, (p) Ottonē II. Burggraviū Leisni-

(n) Albinus in nova Genealogia Domus Saxonice p. 218. 219. edit. in 4to 1602. Et in Genealogia Comitum Leisnicensium p. 51. ex Monstherbergio testatur, Albertum & Theodericum Burggravios de Altenburg, Alberto Abbati Chemnizensi e castro suo Rochsberg & forensi civitate Penig in compensationem damnorum illatorum dedisse 6. marcas argenti annuas cum promissione amplioris liberalitatis Anno 1301.

(o) Erant vero illa super bona, quæ equites Ordinis Teutonici per totam fere Germaniam olim possederant, data, ac a Wizebio Nobili quodam Thuringico collecta.

(p) Ejusdem nempe Genealogia Comitum Leisnicensium p. m. 52.

nicensem Anno 1358. *Elisabetham*, ex Burggravijs Alten-
 burgenfibus natam, duxiffe. Ex pecuniæ forte indigentia,
 aut exigentibus alijs neceffitaribus deinde factū est, ut arx
 & ditio illa *Henrico* illustri(q) fuerit oppignorata; filius au-
 temejus *Albertus* degener, quod illam a *Friderico II.* focero,
 Anno 1224. in dotem accepiffet, rosa in armis primus cœ-
 pit uti; (r) Quanquam *Fridericus admorsus* jure belli de-
 mum & in compensationē sumtuum, quos in bella contra
 duos Imperatores *Adolphum* & *Albertum* impendere necesse
 habuit, suam plenarie fecerit, abdicato plane, qui Impera-
 torium arguebat regimen, Burggraviatu. (s) Hæc itaq; *ὡς ἐν*
παρόδῳ; plura vero ac accuratiora docere nos poterit modo
 memorati Domini *Sagittarij Leisnicensium & Altenburgen-*
sium Burggravorum Historia ante mortem pene affecta, &
 ut

(q) Teste Monacho Pirnensi & ex hoc Peckensteinio l. c. Brotuffio, Albi-
 no in Chronico Misnensi tit. 15. p. 193. 194. ubi simul refert filio
 ejus Alberto Anno 1290. per Rudolffum Cæsarem rursus fuisse abla-
 tum, & in testimonium Chronicon San-Petrinum citat, sed in hoc sibi
 ipsi non constat, & magis ibidem rem confundit, quam extricat, cum etiã
 paulo post p. 424. dicat, rosam Pleissensem Comitatum notare. Credi-
 derim tamen dotem illam de Pleissensi Comitatu esse intelligendam,
 nō de Burggraviatu, cum Alberti temporib⁹ Burggravij adhuc vixerint,
 ab Imperatore tantum dependentes, & autorum non constans sit senten-
 tia, an quid hujus Burggraviatus in dote fuerit, vide *Linnaum Jur.*
publ. Addit. T. 5. ad 5. p. 455.

(r) Albino teste in nova Genealogia Ducum Saxonie l. cit. sed addit, fa-
 mam fuisse, Rudolphum Cæsarem, soluta summa, oppignoratam ditio-
 nem rursus suam fecisse, idque credibile admodum. Atque hodie rosa
 illa rubea in argenteo solo, auro gemmat & viridia inter folia orna-
 ta medium situm in sexta serie Insignium Saxoniorum occupat. Vide
Spenerum in tractatu de Insignibus Saxonis. *Chiffletius* illam Angle-
 riam somniat.

(s) Vide Peckensteinium, Zeilerum in Topographia Misnie. Hujus indi-
 cium est, quod ex Burggravorum familia quidam superfuerint, abdi-
 cato jam Burggraviatu.

ut audio, propediem in lucem mittenda. Viso nunc proprio & antiquo Altenburgi Urbis signo, vel solo sufficiente, nummos hosce suos facere, pergo nunc ad tertium quartumq; brevibus & velut ex abundanti. Nempe Leo in quibusdam in adversa parte impositus est cruci, sine dubio Misnicus, qui & in insignibus Altenburgensium conspicitur. Originem antiquitatemque symboli hujus lubens prætereo, alibi fufius explicandam, hoc saltem monens, illud cum reliquis insignibus manu nempe & rosa in uno nummo conjunctum non leve præbere argumentum, nos illos ab Altenburgo accepisse. Ad ultimum propero indicium, quod, ut dixi, frequens est illorum in terra Misnensi ac Thuringiaca inventio. Siquidem vel ipse memini aliquot ollas ijs plenas tum circa Salfeldium, tum Jenam, tum nuper admodum Lipsiam fuisse vel repertas a terram fodientibus, vel imbre largiore cadente terramque alluente detectas. Firmissimo ergo cum stet talo, monetæ veteris non tam frequentem fuisse commutationem, commerciumque hominum neutiquam tam commodum & facile, atque est hodie, sed quemlibet fere districtum suam propriam ex parte habuisse monetam, propriasque, ut mihi videtur, libras ac computandi nummos rationem, clare admodum exinde sequitur ac evincitur, illam, quæ in magna copia aliquo in loco invenitur, esse indigenam, olimque istis incolis fuisse peculiarem. Ut adeo non videam amplius, quid impediatur, quo minus illos certo Altenburgo asseram, præsertim cum illorum ætas vix in aliud tempus, ut supra jam monui, quam Friderici Placidi conjici possit, utpote quomodo diu antiquatus reviviscere cœpit, nummos minores ab utraque parte signandi, in nostris conspicuus, congruatque præcipue, ab ejus conjugis Margaretha, singulariter huic oppido favente, quod supra Sagittarij testimonio me comprobasse memini, insigne hoc accepisse, cujus publicatio modo haud meliore, dicam & celeriore, fieri potuit, quam per istos nummos. Silentium Autorum typis exscriptorum sententiamque hanc comprobantium, quod forte objici poterat, nullus curo, cum notum sit, plura adhuc esse præsertim in re monetaria, quæ in ijs desiderantur, ignotumque, quid in Scriniis & Mstis lateat; neque denique hæctenus de Altenburgo ullus exstet, qui singulari opera de eo egerit. Sed quid Crux? quam omnes referunt. Tantum vero abest, ut illam in his triser Altenburgensibus, ut potius figuram consuetam in nummis, illius præferim temporis, interpreter. Si enim grossos istius ævi mecum intuearis Misnicos, imo & aliorum Electorum, Ducum & Civitatum, in omnibus fere illa occurret, & eo usque

pro-

processerat illa religiositas, ut templis, ædibus, armis, rebusque aliis illam adderent. Ut adeo de hoc more non solum, sed & de monetæ mutationis tempore; de jure signandi argentum, quo Senatus Altenburgensis jam diu fuit gavissus, quodque sine dubio a Marchione Misniæ ac Electore Saxoniz Friderico Placido, quemadmodum & Senatus Jenensis a Wilhelmo Landgravio Thuringiæ (de quo alibi) accepit; de manu, rosa & leone, Altenburgensium insignibus, quorum omnium modo dicti Electoris ævo minimū jam fuit usus; de varia nummos signandi ratione, dum interdū solā manum cum cruce, rursus rosam manui imprimere, ut rectius ab aliis discernantur, quibus illa pariter signum præbet, mox & leonem cruce adicere, ut eo minus de eorum natalibus restet dubium, consueverint; constet nunc rectius. Superest, ut nomen, materiam, valorem, & abusum paucis adhuc tangam. Hodie Trihalerorum nomine vulgo veniunt, (Creuzdreyheller) olim halerorum absque dubio noti. Materiam quod concernit, ex argento constant mixto, ita tamen, ut illorum, qui literis carent, sit purius, quod majoris antiquitatis argumentum censeo: omnes tamen ita comparati, ut ternarios nostros hodiernos, si non superent, certe pretio æquent. Inveniuntur tamen, & mihi ipsi est unus, ex cupro solo conflati, convenientes cum argenteis nullisque literis conspicui, quos Altenburgenses pariter reor ex eo, quod meus cum aliis in Thuringia fuerit e terra effossus. Valor, quod constat, cum nomine hodiernum coincidit; sit tamen sæpius, ut aut per variam fraudem, dum, nescio, pro quibus non venditentur nummis, aut ob raritatem, dum non in multorum sint manibus, & rariuscule inveniuntur, aut ob vanam superstitionem, de qua jam adhuc præcis, clarior, & sæpius unus quatuor aut sex grossis vendantur. Nempe aut figuræ impressæ singularitas, aut, nescio quæ anilis traditio, multiplicem demeritis hominum mentibus suggestit superstitionem turpissimamque, ut passim offendantur vāsani, qui non solum secum hos semper in braccis & tunicarum sacculis circumferant, nescio quid securitatis de non infligendo per gladium aut bombardam explosos globulos vulnere, sibi exinde promittentes, sed & felicitatem, sanitatem & non deficientem sibi pecuniam ab eorum expectent præsentia; imo qui & pecudi, cui mala lingua eorum opinione nocuit, in pane deglutiendos præbeant; plantis arbusculisq; etiam, quas inserunt, aut plantant; officinis, in quibus vinum adustum coquitur; ædificiis, quæ nova exstruuntur; aggeribus molendinarū, aliisq; rebus noviter excitandis addant, ut contra fascinū, quod ipsi nesciunt, fiat remedium.

dium,

dium. Alia adhuc sunt glaucomata, quæ creduli, superstitiosi, vulgique opinionone fascinati objici sibi patiuntur. Malo illa D. Jacobi Wolffij verbis efferre: (t) Sic etiam inter vulgares & pauperes homines videbis non raro a superstitiosis vel simplicibus matribus suis liberis in facculo collo appendi panem, caseum, & nummulum, idque ideo, ne dictis puerulis noceat fascinum, aut marcor vel tabes inde alias præcipue dependens, quod vulgus exprimit: *Wieder das Veruffen oder böse Mäuler.* Verum medela hæc sine dubio suasa fuit aliquando ideo, quod pane, caseo, aliisque alimentis vel pecunia non deficientibus bene educatio & nutritio infantum peragi possit; nec adeo macies illorum metuenda sit, de quo communiter non est dubium. Videtur & illud indicare Horatius lib. 1. epist. 4.

Quid voveat dulci nutricula magis alumno
 Quam sapere, & fari possit quæ sentiat, & cui
 Gratia, fama, valetudo contingat abunde
 Et mundus victus non deficiente crumena?

Hæc media vero continuata & legitime porrecta, potius stomachum, quam externum pectus juvant; quem effectam alioquin vix præstabit exigua illa & inefficaci vel umbratili quasi quantitate appensa supellex. Ne desit his quoque solennitas quæpiam, vel superstitionis major apparatus, injunxerunt insimul, ut nummus antiquus gladiis duobus, vel crucis signo notatus (*Creusdreyheller*) eligatur, facculus item appendendus sæpe ex rubro vel scarlatino panno, & ad cordis formam efformetur, & quæ sunt plures circumstantiæ nonnunquam pro arcano isto spurio adauctæ & adjunctæ. Sed his ineptijs diutius immorari mihi prope religio, tibi forte fastidium. Quare desino, addens hoc unicum, me non hæcce velut ex ebo-re curruli velle pronuntiata, sed eo fine perscripta, ut eruditorum sententias, & præcipue Tuam, quæ mihi loco oraculi erit, de illa mea audiam conjectura. *Hilse vale, Vir Excellentissime, & proporro Patriam ornare, Musarum dignitatem tueri, neque amare persevera. Dabam* Dresdæ Kal. Martij Anno MDCC LXXXVI.

(t) In tractatu de amuletis p. 665.

Mundelheim Insign.



Nunni Augustani.



Hallenses.




Frankfurtenses.



Insignia Altenburg.





143
LIBRARY
UNIVERSITY OF
MUNICH
MUNICH, GERMANY

20

2



Handwritten musical notation on a single staff, starting with a treble clef and a key signature of one flat. The music consists of several measures of quarter and eighth notes, with a fermata over the final measure.

Handwritten musical notation on a single staff, starting with a treble clef and a key signature of one flat. The music begins with a first ending bracket labeled '1' and ends with a second ending bracket labeled '12'.

Handwritten musical notation on a single staff, starting with a treble clef and a key signature of one flat. The music begins with a first ending bracket labeled '1' and a 'Tutti' instruction. It includes a triplet of eighth notes and ends with a fermata and a 'p' dynamic marking.

Handwritten musical notation on a single staff, starting with a treble clef and a key signature of one flat. The music begins with a first ending bracket labeled '1' and a 'Solo.' instruction. It includes a first ending bracket labeled '18' and a 'poco piu moto.' instruction.

Handwritten musical notation on a single staff, starting with a treble clef and a key signature of one flat. The music begins with a first ending bracket labeled '1' and ends with a fermata and a '48.' measure number.

Handwritten musical notation on a single staff, starting with a treble clef and a key signature of one flat. The music begins with a first ending bracket labeled '1' and a 'Tutti' instruction. It ends with a fermata and a 'Fine.' instruction.



Handwritten blue ink scribbles at the top of the page.

p

p

2 16 *Solo. cresc.* *f*

Solo *pp* 10

2 *Tutti* *ff*

Adagio. 3 *Solo* 28 *pp* 4

418

Handwritten blue ink scribbles at the bottom right of the page.





ULB Halle 3
004 967 739



VDA7





sub initium a
ter emortuas
ipsis Comitib
imo dixerim
flatos. Acce
Leo niger g
vult, aurea in
plane nihil c
hanc origine
circa Orlamu
vata, & in hu
gistratu loci
nummum ta
tur, & planè
impressionis

Henrici III. C
tres ejus Udo
que filius Oat
mas de pecori
frido insigni
damno conce
quod Rixneru
dano memor
fuisse, illa ad
Beyerum trad
Sixonum Du
Sed rectiora
Comitibus fo
ferente Spang
(b) Testibus Pet
Misnensi p. 3
quam pro fol
Parte II. Lib.
(c) Id compertu

ed notum, in-
is constat, his
competisse,
os fuisse con-
um (est verò
l, ut Beyerus
onsperfa) (b)
une. Neque
la, in aliquot
tempore ser-
usticus à Ma-
muletandus
isfactio habe-
hic usitato ad
quavis perspi-
cit.

er) fuerit, & fra-
aruerint, hujus-
Thuringiæ deci-
Moguntino Sig-
maniz Procerum
p. 167. Id verò
omite Orlamun-
Anno 968 inter-
ne credo quoque
ens Wittekindi L.
geographo p. 250.
quod de his ipsis
em, vel ipso re-
urrentis.
3. & in Chronica
si p. 281. Quan-
speculo Nobilit.
rlamundenfis.

